teneat. donec de medio
fiat. Et tunc reuelabi
tur ille iniquus quem do
minus ihesus interficiet spiritu
oris sui: et destruet il
lustratione aduentus
sui. Tractus:- Qui re
gis israel intende qui deducis
velut ouem ioseph. ℣ Qui
sedes super cherubin appare
coram effrem beniamin et ma
nasse. ℣ Excita domine potentiam
tuam et ueni ut saluos fa
cias nos. Secundum lucam:- 3

Anno quintodecimo
imperii tiberii cesaris.
procurante pontio pila
to iudeam. tetrarcha autem
galilee herode philip
po autem fratre eius tetrar
cha iturée et traconi
tidis regionis et lisania
abiline tetrarcha sub
principibus sacerdotum.
anna et caypha factum
est uerbum domini super io
hannem zacharie filium
in deserto. Et uenit in
omnem regionem iordanis
predicans baptismum pe
nitentie in remissionem pec
catorum sicut scriptum est in
libro sermonum ysaie prophete.
Vox clamantis in deser
to. parate uiam domini. rec
tas facite semitas eius.
Omnis uallis implebitur
et omnis mons et col
lis humiliabitur: et erunt
praua in directa et aspe
ra in uias planas. Et ui
debit omnis caro salu
tare dei. Offertorium Exulta sa
tis filia syon predica filia
ierusalem ecce rex tuus uenit
tibi sanctus et saluator. Secreta

Sacrificiis presentibus
quesumus domine placatus
intende. ut deuotioni
nostre proficiant et sa
luti. Per. Communio Exultauit
ut gigas ad currendam uiam.
a summo celo egressio eius
et occursus eius usque ad sum
mum eius. Post communio

Quesumus domine deus

MS Typ 292
THE HOUGHTON LIBRARY
*68M-150 (97)

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 292, Rear pastedown – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-5azu/9119/67844)